inueneris. ibi erit pente. hebreoꝝ. qđ sp̄ ē in luna quarta. ⁊ in sequēti die dñica erit pentecoste nr̄m. quod non pōt esse añ. vj. ydus maij. nec post ydus iunij. sic̄ nec rogatiōes eē pñt ante. vj. kal̄. maij. nec post iij. kal̄. iunij. Potest etiā pasca aliter inueniri ꝑ hanc tabulam sequentem. v. xxv. xiij. ij. xxij. x. xxx. xviij. vij. xxvij. xv. iiij. xxiiij. xij. j. xxj. ix. xxix. xvij. Isti numeri rep̄sentant quosdā dies aprilis ⁊ martij. i q̄bus cōtingit pasca hebreorū cōputādo dies illos a p̄ncipio ip̄orum mensium. ita ꝙ ipsi numeri a viginti infra respondeāt ap̄li. a viginti supra martio. Hoc ḡ vult dicere hec tabula. ꝙ in primo anno cicli lunaris est pasca hebreorū in q̄nta die intrātis aprilis. in secūdo anno eiusdem cicli est in xxv. die intrantis martij. ⁊ sic de alijs. donec numeri ipsi⁹ tabule compleant̄. Post ea reditur ad primū annum cicli. Qualit̄ aūt inueniant̄ anni cicli. dictum est supra vbi agit̄ de epacta. Quare festa saluatoris excepto festo natalis sint mobilia dictum est in sexta ꝑte sub festo natalis. Ultimo nota s̄m Isido. ꝙ inter latinos ⁊ grecos est varietas sup̄ termino festiuitatis pascal̄ quod ꝓuenit quia latini a. iij. nonas martij vsq̄ in. iij. nonas aprilis. p̄mi mēsis lunam inquirunt. ⁊ si. xv. luna die dñica ꝓuenerit in aliam dñicam pasca ꝓtrahunt. vt p̄missum est. Greci vero obseruant primam lunā. ab. viij. yd⁹ martij vsq̄ in diez nonā aprilis.

De ciclis quid sint ⁊ quot sint.

Quia in plerisq̄ hui⁹ ꝑtis locis de ciclo mentio facta ē. ideo de ciclo aliq̄ dicamus. Notandū est ḡ ꝙ ciclus ē spatiuz aliquorū annorū in se rediēs s̄m aliquos numeros. ⁊ dicit̄ q̄si circulus ꝑ duplicem sincopam. Est em̄ ciclus vocat⁹. eo ꝙ i orbem digestus sit. ⁊ q̄si in circulū dispositū ordinē complectat̄ annorum sine varietate ⁊ sine arte. Sunt aūt sex cicli. Prim⁹ solaris incipiens in. vj. kal̄. Martij in festo Mathie. constans ex. xxviij. annis continens ꝯcurrētes ⁊ regulares solares ⁊ lr̄as dñicales. ⁊ annos bissextiles ⁊ cōes. Secūd⁹ ē cicl⁹ decēnouenal̄. ꝯstās ex. xix. annis. ⁊ incipit a ianuario cōtinēs in se aureum numerū ⁊ claues terminorū. Tertius est ciclus lunaris incipiēs sil̄iter a ianuario habēs. xix. annos. Incipit aūt quarto anno cicli decēnoualis. Hunc inuenerunt romani vt scirent qua hora luna a sole accenderet̄. Sed quia ꝓcessu tempis h̄ iuentio falsificata ē: nihil opamur s̄m hunc ciclum. Quart⁹ est epactalis icipiēs. v. kal̄. septēbris habens sil̄iter annos. xix. continēs i se regl̄ares lūares ⁊ epactas ⁊ ānos cōmunes ⁊ embolismales. Quintus ē ciclus magnus cōstans ex q̄ngentis trigintaduobus annis. Vel s̄m alios q̄ngentis trigita annis. s̄m quē format̄ tabula dionysij. Sextus est ciclus indictionalis cōstās ex xv. annis. ⁊ continet inditiones. Rhomani enim quia difficile erat de remot̄ mundi ꝑtibus venire singulis annis rhomam ad soluenda tributa ꝑ eos ꝓuintijs indicta. statuerunt ꝙ saltē singulis q̄nquēnijs soluerēt̄. ita ꝙ p̄mo q̄nquēnio apportarēt ꝓ tributo ferrū ꝓ fabricandis armis. In secūdo q̄nquēnio argētū ꝓ stipēdijs militibus erogādis. In tertio aurū ꝓ simulacris fabricandis. ⁊ sic semp̄ post aurū qđ in anno. xv. ferebat̄ incipiebat quinquennium quo ferrū iterū soluebat̄. ⁊ sic erat q̄si quidā circulus tp̄is. Quia ergo rhomani sic fieri indixerunt. ido illi anni indictōnū cupati sunt. de quo dictū est supra. Premissum aūt spatiū. v. annorū vocatum est lustrū. quia venientib⁹ nuncijs ꝓuinciaꝝ cū tributo cū cereis ⁊ alijs p̄ciosis sumptibus vrbē lustrabāt.

Finalis cōclusio hui⁹ libri.

Nemo ī hoc opere diuīa officia sufficiēt̄ existiet eē exposita. ne forte op⁹ extollēdo hūanū. diuinū i ꝓuide extenuet sacr̄m In diuis nāq̄ officijs p̄serti misse tot ⁊ tāta sūt iuoluta mysteria. vt nēo nisi ꝑ vnctionē edoct⁹ ea sufficiat explicare. Quis ei nouit ordinē celi ⁊ ponet rōes ei⁹ in terra. Scrutator q̄ꝑe maiestat̄ opp̄met̄ a gl̄ia. Ego vo n̄ p̄ualēs lip̄iētib⁹ ocul̄ solē i rota ꝯspicē. tāti mysterij maiestatē q̄i ꝑ specl̄m i enigmate mihi vis⁹ sū ituēi. nec penetrā ad it̄iora cenacl̄i. s̄ p̄ forib⁹ assidēs i vestibl̄o egi diligēt̄ vt potui n̄ sufficiēt̄ vt voluicū i hūanis iuētiōib⁹ nil sit ex oi ꝑte ꝑfcm̄

Nempe ꝓpter innumeras atq; ineuitabi-
les negociorũ apl'ice sedis iniunctas neces
situdines. quotidie more fluctuũ emergẽ-
tes. que studẽtis ⁊ ad supiora tendẽtis ob
tundunt animũ. quasi ꝑplex⁹ atq; varijs
⁊ ineuitabilib⁹ irretit⁹ nexib⁹ vacare ad
plenũ nequi vt vellẽ: q̃nimo vix valui me
ditata dictare nedũ cõcipe meditãda Nã
cuiusq; animus ad plura diuisus: fit pro-
fecto ad singula minor. Quocirca nõ solũ
benignũ sedulo imploro lectorẽ. verũetiã
liberũ desidero correctorẽ. Eñuero ne-
gare nequeo: q̃n plura inserta sint in hoc
opusculo que pñt iusto iudicio nulla teme
ritate culpari. Verum si q̃d forte laude di
gnum repiet̃ in eo: diuine gr̃e penit⁹ ascri
bat̃. Nã oñe datũ optimũ. ⁊ oñe donum
ꝑfectũ desursum ẽ descendens a pr̃e lumi
num. Si q̃d v̄o indignũ: insufficientie de-
putet̃ humane. Naz corpus qd̄ corrũpit̃
aggrauat aiam. ⁊ deꝑmit terrena inhabi-
tatio sensum multa cogitantẽ. Aut siq̃dez
ꝓprie aut eorũ fortassis quoꝝ dicta plerũ
q; poti⁹ recitãdo q̃ approbãdo hic intro-
ducta noscunt̃. Hec eñ tam ex diuers̃ ali
orũ libellis ⁊ cõmentarijs more mellifican
tis apis q̃ ex his que mihi diuina gratia
ꝓpinauit fructuose collegi. ⁊ hanc doctri
nam interno fluentẽ nectare: velut fauum
mellis in diuinis officijs speculari volen-
tibus diuino suffultus presidio ꝓpinaui.
hanc solum apud hoĩes ex ingẽti ꝑpesso
labore mercedẽ expectans. vt apud mise-
ricordissimũ iudicẽ ꝓ peccatis meis deuo
tas orationes effundant.

Finit Rationale diuinorũ officiorũ. editum ꝑ reuerendissimũ in christo pr̃em ac
dñm: dñm Guilhelmũ duranti: dei ⁊ apl'ice sedis gratia Ep̃m Minateñ. qui ⁊
speculum iuris ⁊ patrum pontificale composuit. Impressum Basilee ꝑ Nicolaũ
Kesler. Anno salutifere incarnationis dñi Millesimoquadringentesimooctua-
gesimooctauo. Decimo vero sexto kalendas mensis Augusti.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf